Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36520
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Hic carcer horrendus suos
Habere fertur inferos.
In hoc baratrum conicit
Truculentus hostis martyrē
Lignoq; plantas inserit
Diuaricatis cruribus.
Quin addit & pęnam nouā
Crucis peritus artifex.
Nulli tyranno cognitam
Nec fando comptam retro.
Fragmenta testarū prebet
Hirta inpolitis ungulis
Acuminata informia
Tergo iacentis sternere.
Totum cubile spiculis
Armant dolores anxii.
Insomne qui subtus latus
Mucrone pulsent obuio.
Hęc ille uersutus vafra
Meditator arte struxerat.
Sed bel'hebulis callida
Commenta xp̄c destruit.
Nam carceralis cęcitas
Splendore lucis fulgurat.
Duplexq; morsus stipitis
Ruptis cauernis dissilit.
Agnoscit hic uincentius
Adesse quod sperauerat.
Tanti laboris pręmiū
Xp̄m datorem luminis.
Cernit deinde fragmina
Iam testularū mollibus
Nestire semet floribus.
Redolente nectar carcere.
Quin & frequentes angeli
Stant ac loquuntur cōmin⁹.
Quorū unus ore augustior
Compellat his dictis uirum.
Exsurge martyr inclite.
Exsurge securus tui.
Exsurge & almis cętibus
Noster sadalis addere.
Decursa iam satis tibi
Pęnę minacis munia.
Pulchroq; mortis exitu
Omnis pacta est passio.
O miles inuictissi[illegible]me
Fortissimoꝝ fortioꝝ
Iam te ipsa sęua & [illegible]aspa
Tormēta uictorem tremunt.
Spectator hęc xp̄c ds
Compensat ęuo intēmino.
Proprięq; collegam crucis
Larga coronat dextera.
Pone hoc caducū uasculum
Compage textum terrea.
Quod dissolutū soluitur.
Et liber in cęlū ueni.
Hęc ille sed clausas fores
Interna rumpunt lumina.
Tenuisq; p rimas nitor
Lucis latentis pditur.
Hoc cū stuperet territus
Obsessor atri luminis.